



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 40. Ultimus Legati conatus ad frangendum Alphonsi animum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A. C. 1429.

gnis promulgasset, revocaturum, nisi prius Pontifex edita Bulla non modo excusaret, sed etiam rata haberet, quæcunque ipse schismatis tempore egisset.

§. XL.

*Ultimus Legati conatus ad frangendum Alphonsi animum.*

Bzov. in aft. Legat. Card. Fux. 1429. **L**egatus ejusmodi propositionibus aqui- escere constanter recusat, afferens,

Regem quidem absolutionem, quam pe- teret, nullo negotio obtenturum, sed quod adhucdum schisma foveret, illud enimve- ro nefas esse, nec id in ejus pactis conti- neri. Cum autem Rex postridie profe- cturus, huic suo proposito immotus insi- fteret, & Legatus ex mandato Pontificis a conventionis tenore desciscere non pos- set, ita pax eo ex tempore violari, schis- ma vero novis incrementis redintegra- ri timebatur. Nihilominus die decima quinta Junii Legatus extrema adhuc tentare aggreditur, si vero Regem flectere haud valeret, regnum interdicto subjicere statuit. Ergo altera die Regis Palatum adit, illucque pervenit ea ipsa hora, qua Alfonius equum conscenderat, iter pro exercitu suo in Castellæ finibus contra- hendo aggressurus. Ubi vero Legatum ad se venientem conspexit, substitit, ea, quæ sibi proponeret, auscultaturus.

§. XLI.